Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



43

Ego autem sicut oliua fructificauit in domo dei
in uita dei mei et exspectabo nomen tuum quoniam bonum e
ante conspectum sanctorum tuorum ps. Quid gloriais in malicia qui
potens es iniquitate Oratio Concede nobis quesumus omnipotens
deus ut cuius festiuitatem colimus sancti tui sollemnitate cognoscamus
precellentie honore et ueneratione digna celebrare de
benedictio dei super caput sapientie Iusti uocauit
uita; ideo dedit illi hereditatem et dimisit ei pecu
duodecim; et multiplicauit gratiam in conspectu omnium car
nis. Magnificauit eum in timore inimicorum et in uiris
suis in conspectu regum; Glorificauit illum in conspectu re
gum; et ostendit illi gloriam suam. Fide et lenitate
ipsius sanctum fecit illum. Elegit eum ex omni carne.
Dedit illi cor ad precepta et legem uite et disciplinae et ex
celsum fecit illum. Statuit illi testamentum eternum; et
coronauit eum corona iustitie. Et induit eum dominus
corona glorie Gradualis ut palma florebit sicut cedrus libani
multiplicabitur in domo dei. V. Ad annuntiandum mane misericor
diam tuam et ueritatem tuam per noctem Sancti Iohannem
In illo tempore dixit dominus Ego sum uitis uos palmites
qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum
quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non
manserit mittetur foras sicut palmes et arescet;
et colligent eum et in ignem mittent et ardet. Si in me
seritis in me et uerba mea in uobis manserit; quod
cumque uoluitis petetis et fiet uobis. In hoc clarificatus
est pater meus; ut fructum plurimum afferatis. et
efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater et ego
dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si precepta
mea seruaueritis manebitis in dilectione mea. sicut
et ego precepta patris mei seruauit. et maneo in eius di
lectione Hec locutus sum uobis ut gaudium meum